Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



aut ecce discumbebat cum duodecim discipulis suis.
Et edentibus illis dixit. Amen dico vobis quia unus vestrum
me tradituus est. Et contristati valde ceperunt singuli dicere
Numquid ego sum domine. At ipse respondens ait. Qui intin
git mecum manum in paropside hic me tradet. Filius quidem hominis
uadit sicut scriptum est de illo. Ve autem homini illi per quem filius
hominis tradetur. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille
Respondens autem iudas qui tradidit eum dixit. Numquid ego sum
rabbi. Ait illi. Tu dixisti. Cenantibus autem eis accep
it ihesus panem et benedixit ac fregit deditque discipulis
suis et ait. Accipite et comedite. Hoc est corpus meum.
Et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens. Bi
bite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus nouum testamen
tum qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem
vobis non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in die
illum cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. Et
ymno dicto egressus est in montem oliueti. Tunc dixit illis ihesus
Omnes vos scandalum patiemini in me iusta nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem et dispergentur oues gregis.
Postquam autem resurrexero precedam vos in galileam. Respondens
autem petrus ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te
ego numquam scandalizabor. Ait illi ihesus. Amen dico tibi